Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



nequeunt · nisi virtute propria commendati · miserum
est ut Juvenalis ait · alienis incubere famis ·
ne collapsa ruant · subductis tecta columnis ·
Adiututem autem expectendam · liberum studia
plurimum adiumenti prebent / Nec enim magis
ullum regi doctrina congruit / Quod intelligens
Romanus Imperator · Francorum regi quocumque
amicitia iunctus erat · per epistolam magnopere
suadebat · liberos uti suos litteris erudiri
curaret. Illiteratumque regem quasi coronatum
asinum esse dicebat. Hec ego Romanorum principes
dum respublica floruit illiteratos fuisse com-
peri. Sed domi atque militiae et in Senatu et in
exercitu · dominatam esse doctrinam · mani-
festumque omnibus est · postque exclusae sunt
litterae / omnes elanguisse virtutes. Nam et
armatae quoque militiae infirmata est manus ·
et ipsum principatus quasi prima radix / So-
cratem quidem ut est a Boccio relatum
fortunatas esse res p. opinabat. Si rectores
earum studere sapientiae contigisset. Soli namque
perfecti sunt homines · qui Civiles cum philo-
sophia partes queunt ministrare / sibique gemina
vendicant bona · Nam et eorum vita communi
seruit utilitati / et suma cum tranquillitate
nullis obiecta fluctibus per sapientiae studia
versatur · Principibus igitur · et qui regnaturi
sunt · experiendum est totis viribus / ut et
publica conficiant negocia / et philosophia
vendicetur · quemadmodum pro temporibus
attinet indebitur / Sic enim pericles Civilia
tractant officia. Sic Archita Tarentinus ·
Sic Dion Syracusanus. Sic Thebanus Epa-